

AD I. COR. CAP. IX.

tere. Nec verò est quod *Bellarmin.* l. II. de Monach. c. 9. dicat Paulum profiteri, *se plus fecisse, quàm sibi esset præceptum, atq; ideò singularem gloriam apud DEum promeritum esse*: Nam etsi simpliciter liberum erat, *abstinere à solario, vel id accipere,* tamen ob rationes circumstantiarum, quas in adiaphoris juxta *legem charitatis* æstimare docemur, ne remora doctrinæ ponatur, aut offendiculum, non erat ea abstinencia sine præcepto, quia utiq; præcepit Dominus *non abuti jure, etsi libero, & non ponere offendiculum.* Fuit ergò *debitum quoddam ex lege charitatis,* ac proinde nec *meritum,* nec *supra præceptum.*

Οὐαὶ ἡ μοι ἴσιν, εἰάν μὴ εὐλογηλίζωμαι. ”

Amos III, 8. VII, 15, 16, 17. Jer. XX, 8. Qui à Deo in hoc illuminatus est, debet alios instruere, etiam cum vitæ suæ periculo ait Maimonides ducis dubitantium II, 31. & Rabbi Israel de animâ cap. 6. Si quis defugiat eveniet &, quod Jonæ, aut per jus aliquid. ”

Recte hic monet Cornelius, *gravi præcepto Apostolis præceptum fuisse, ut evangelizentur Matth. XXII, 20, eodemq; præcepto teneri etiam Episcopos & Archi - Episcopos.* Sed quomodo exequuntur id illi in Papatu? *Vae* ergò ipsis denuntiat Apostolus.

Εἰ γὰρ ἐκὼν τῷ θεῷ παράδω, μισθὸν ἔχω. ”

Si id sponte fecissem, non jussus, ut Frumentius & alii quidam. *μισθὸν ἔχω* sperare inde possem præmium non quodvis, sed eximium. *Ἄ μὲν γὰρ ὑπὲρ τὴν ἐντολήν γίνεται, πολὺν ἔχει μισθὸν καὶ τῷ θεῷ.* *Ἄ ἢ ἐν ἐντολῆς ταίξει ἢ ποσῶτον.* Vide dicta à nobis ad Luc. XVII. 10, ubi & tunc Pauli locum attigimus. ”

Εἰ ἢ ἄκων. ”

*Ἄκων* hic non est invitus, sed jussus, non meo opte arbitratu. ”

Οἰκονομία πεπίστευμαι. ”

Ratio mihi reddenda est impositi muneris. *Οἰκονομία ἡ ἴρη* quod alibi *ἑπισκεπή.* Vide supra IV, 1, *Πεπίστευμαι cum.* *Accu-* ”

”